



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Eius incrementum & splendor, n. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

illisque qualibet de causa deficientibus, ex quibusunque aliis certissimis erat. 1594.
 rīj sui rationibus, numerum vīcī alendorum iuuenum permittebat iudicio Regis licet
 Patrum Societatis Iesu, tub quorum disciplina eam fundabat domum, qua- rā ad Br.
 sita est amplior (quam nunc habitant Capucini) ac denique tertia, septin- nestum 4.
 gentis quinquaginta empta libris nostratisbus à Decano Berſac, quam iam ab Martij.
 annis lexaginta infederent, plateā Civitatis amplissima, aere libero, vicinita-
 te honestissima, agro lat magno, atque à patrum Scholis modicē disiuncto.
 Civitas nuperrimē Gallorum afflcta incisionibus, & quā nunquam sibi vi-
 detur sat ab externo tura, assueta præterea hybernis militum grauari; cūm
 Regi, post varia prop̄p̄ita impedimenta, pro potestate mandanti hos iuuenes
 domo recipi, diutius non posset obſtare; vt lecura effet, datus est Rector Re-
 gis subditus; vt impēx̄ ipla parceret, nulla vel prece vel ratione passa est indu-
 ci, vt quae ademptæ, velin futurū emi continget, à m̄ litū seruitute effent
 liberæ: Itaque Rector datus est Rege aſſentiente *Ioānes Foucart Gallobelga;*
 seruitus hodieq; manet, eodemq; quo ante emptionē oneratur domus milite.

VII. Credit tamen istud cum die Seminarium & numero, & re, & aedi-
 ficiis coēmptis, & factis; & quod in primis spectatum fuit, pietate ac literis. *Eius incri-*
Nam ab initio cum optimis vicinatū nationum ingenii in florentissima menta &
tunc temporis Patrum Belgarum Ichola pari loco contendebat; & annis con- plendor.
sequentibus postquam domēticos intra parietes studiorum palæstra consti-
*tuta est, græcis latiniſque literis tam assiduam, tamq; felicem operam nau-
 uit copio laiuentus, vt in longinas Regiones fama propagata, laudi sue &
 gloriæ doctissimorum hominum adiunxerit admirationem. Etenim *Ægidius*
Schoondonck Brugensis, post Foucartium Rector, vir natus factulq; ad
*Iuuentutem rectissimis præceptis informandam, eō collimabat vt quos ac-
 ceperat optimarum disciplinarum capacissimos, hos aut redderet Patriæ, aut*
ad altiora Romam studia, aut in Hispaniam dimitteret, non leviter tinetos,
sed omnibus humaniorum literarum ornamentis conspicuos. Itaque à primo
confestim limine græca iungebat latinis, & balbutientes cum iucunditate
*audiebat & cum laudis præmio. Tum cūm verborum aliquam copiam didi-
 cissent, docuit ex altiori loco super mensa interpretari faciliora quædam* *Ægidij*
vel ex nouo testamento Græco, velex Ilocrate, Chrysostomo, & similibus; *chondon*
Modo vt ex Græco Latinè redderent, modò vt facerent ex Latino Græcum.
Aliquantulum deinde progressis dabat argumenta quædam, seu Theses, de
*quibus ex præcogitato primum, tūm etiam ex tempore disputarent, uno af-
 firmante, altero negante, & probationes alterius refellente, verbis primoloco*
græcis prolata sententia, tum cādem latinè enuntiatā. Ita factum est vt cum
media sup̄emāq; Grammaticæ huiusmodi exercitationes miscerentur, ad
Poëtarum, Rerorumque Icholas euecti promptissimè de re qualibet repente
*proposita utrāque lingua disceptarent. Quod cūm extenui ad mensam voca-
 ti experirentur (nam ipsi proponebant quam vellent thesim) nemo erat qui*
ingenio, industria, promptitudini denique & gratia plausum pon dare
multitudinem *X 2* *& tantam**